



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Alfonsus Gomez de Roxas n. 51

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Omnia mutabit, & cernere leta iuuabit:*

*Et tandem caeco lux hæc erit tradita sæclo.*

Et quod ad maiorem eius laudem spectat, in omnibus, in quibus Catholica fides agnoscitur, habet Collegia. *Hætenus ille.*

*Societas  
inæstimabilis  
Margarita.*

*Ad Cæli  
honorem,  
terre glo-  
riam, An-  
gelorum  
gaudium,  
& hominũ  
vtilitatem.*

*Ad fideles,  
reforman-  
dos, re-  
frænan-  
dos hæreticos,  
& Euan-  
gelium per  
orbem ex-  
tendendũ.*

*Splendens  
militia, cu-  
ius omnes  
filij docti à  
Domino.*

*Ardenti  
zelo nouum  
Christo pe-  
perit orbẽ.  
Et Orbem  
Christianũ  
erroribus  
purgauit,  
hæresum  
monstris  
prostratis.*

51. \* AB ALFONSO GOMEZ DE ROXAS Canonico Hispalensi meritissimo, qui in Concione funerali P. Iacobi Granado, initio sic in Societatis ac Sociorum laudem exclamat. O æterna Prouidentia! O diuinum regimen! quàm subito Ecclesiam ditare decreuit inæstimabilis huius clarissimæ Religionis Margarita, ad cæli honorem, terræ gloriam, Angelorum gaudium, & hominum vtilitatem: ad maius insuper Scientiarum decus, ad nouum sapientiæ splendorem, ad reformandos fideles, ad refrænanandos Hæreticos, ad sanctam Sedem Apostolicam, Romanique Pontificis auctoritatem in omnibus Nationibus tuendam, ad Euangelium per nouos orbis extendendum: vetus enim angustus erat animo, ac efficaciam splendentis huius Militiæ: cuius veri filij tam edocti à Deo sunt in sua interiori cordis schola, quàm in sua acie experti milites, iuxta illud Isaïæ 54. Ponam Vniuersos filios tuos doctos à Domino: quod bene oculis perspicitur: ante annum siquidem centesimum tot Sanctos produxit, qui sacris iam coluntur aris, tot vtilium scriptorum volumina, ac si in sæculo Ecclesiæ primitiuo fundata esset Societas, &c. *At tanto viro (quem noui literis ac virtute conspicuum Societatiq; addictissimum) non poterat Illa encomio minus celebri commendari.*

52. \* A NICOLAO TVRLOT Canonico, & Archipresbytero Namurcensi in Thesaurò Doctrinæ Christianæ in Prafatione. Sanctus Ignatius (inquit) Fundator Illustrissimæ Societatis IESV rudimenta Christianæ doctrinæ pueris explicabat, & ab suis subditis nihil exigebat auidius, quàm vt se totos huic rei impenderent. Quod hætenus præstitere adeo ardenti zelo, & Christiana charitate, vt Orbem nouum Christo pepererint, & Orbem Christianum innumeris erroribus purgauerint.